

106

quæ per punctum contactus in plano duci possunt, *angulos rectos* efficiat.

LIV. Ex eodem puncto extra planum fito non nisi *unica perpendicularis* ad planum duci valet.

\* *Probl.* 1) Determinare angulum, quem recta oblique infitens cum plano facit, 2) quem unum planum cum altero in communi interfectione efformat.

#### SOLIDA IN GENERE.

LV. *Solidum* magnitudo est tribus dimensionibus prædita: quare *Angulus solidus* ad minimum ex tribus angulis planis constat, quorum summa excedere quidem duos rectos, attingere tamen 360 gradus nunquam potest.

#### PRISMA ET CYLINDER.

LVI. Soliditas *Prismatis* triangularis aut etiam utcunque multangularis = C æquatur facto ex area baseos in altitudinem perpendiculararem. Si ergo per posit. 52dam basis *Cylindri* ponatur =  $\frac{\pi D^2}{4}$ , altitudo = a, superficies = S; erit

1)